

SECTIO X.

DE

FORMVLA INFUSI
INTERNI.

§. 472.

Cum infusum sit medicamentum internum fluidum, ex liquore menstruo, materiae solidae soluendae parte aliqua imbuto, constans §. 292, patet, infusum praeparari per solutionem, siue sit perfecta, siue imperfecta, adeoque ad infusi praeparationem requiri *materiam soluentem*, seu *menstruum*, et *materiam soluendam*. Illud, quod praeter haec duo ad infusum accedit, dicitur *accessorium*; quo quando opus sit, ex sequentibus patebit.

Ad infusum pertinet solvens, et soluendum.

§. 473.

Si liquor solvens parte aliqua materiae soluendae imbutus esse debet, necesse est, ut materia solvens et soluenda se inuicem contingant atque inter se vniantur. Iam infusum est medicamentum fluidum, ex liquore menstruo, materiae soluendae parte imbuto, constans §. 292. Ergo infusi, quod est praeparandum, liquor menstruus et materia soluenda se contingere atque inter se vniri debent. Haec materiae soluentis et soluendae vnio fit ope infusionis et macerationis, quae vel frigida est, vel calida, ita nimirum, ut menstruus liquor materiae soluendae affundatur vel calidus, vel frigidus.

Materia solvens et soluenda infusi inuicem vniri debent, et hoc fit ope macerationis,

S 2

§ 474.

§. 474.

De men-
struis in-
fusi.

Cum ad infusi praeparationem requiratur materia soluens, seu menstruum §. 472, omne id materiam infusi ingredi potest, quod ipsi menstruum praebet, atque eius generis est 1) aqua, ut aqua simplex, destillata, lac, eius serum, decoctum aquoſum, phlegma vitrioli, etc. 2) vinum, ut vinum uvarum, Rhenanum, Mosellanum, Hispanicum, Gallicum, etc. cerasorum, ribium, berberum, etc. cerevisia, mustum, etc. 3) Spiritus, ut spiritus vini vulgaris, rectificatus, spiritus frumenti, iuniperi, aliiſque ardentes fermentati. Patet hinc, menstruum infusi esse vel vinosum, vel spirituosum, vel, quod ordinarium est, aquosum.

§. 475.

Quid-
nam ma-
teriam
soluen-
dam in-
fuso lar-
giri pos-
sit.

Quoniam ad infusum requiritur materia soluenda §. 472, omne id materiam infusi ingredi potest, quod ipsi materiem largitur solvendam. Porro, cum materia soluenda in liquoris soluentis interstitia, vel tota, vel ex parte, penetrare eaque occupare debeat, omne id materiam soluendam infuso largiri potest, quod interno vsui aptum virtute gaudet medicata per macerationem in menstruum transeunte.

§. 476.

Quae-
nam in-
gredien-
tium vi-

Ingredientia medicamenti sunt, quae eius constituunt materiam §. 8. Iam ea, quae infuso materiam vel soluentem, vel soluendam prae-

praebent, materiam eiusdem ingredi possunt ce in in-
 §. 474. 475. Qua de re ea, quae infuso ma-
 teriam vel soluentem, vel soluendam largiun-
 tur, ingredientium vice in infusa fungi possunt,
 gi pos-
 sunt.

§. 477.

Eius generis plurima, quae materiam sol-
 vendam infuso largiuntur, suppeditat regnum
 vegetabile, pauciora animale et minerale.
 Quae ex regno minerali depromuntur, sunt
 imprimis ferrum, antimonium, succina, sul-
 phura et ex his praeparata. Animale vix
 multa, praeter infecta aliquot, castoreum, mo-
 schum, zibethum, calculos quosdam et ster-
 cora largitur, et quae ex regno vegetabili
 defumuntur, adeo multa sunt, ut ea hic re-
 censere nimis longum foret, et praeterea
 magis cognita, quam priora, supponi possunt.

Recen-
 sentur,
 quae ex
 regno
 minerali
 et ani-
 mali ma-
 teriam
 soluen-
 dam in-
 fuso pra-
 bent.

§. 478.

Si solutio, qua praeparatur infusum, est
 promouenda, aliquid ad id, praeter mate-
 riam soluentem et soluendam, accedere de-
 bet, quo hoc obtinetur. Iam id dicitur
 accessorium §. 472. Ergo accessorium re-
 quiritur, si solutio, qua infusum praeparatur,
 est promouenda.

Accesso-
 rium re-
 quiritur,
 quando
 solutio
 in infuso
 est pro-
 mouen-
 da.

§. 479.

Quando solutio, qua praeparatur infu-
 sum, est promouenda, hoc obtineri potest,
 dum vel materia soluens, vel soluenda ad so-
 lutio-

Accesso-
 rium ita
 compa-
 ratum est
 se potest,

S 3

lutio-

vt materiam vel soluendam vel soluentem ad solutionem aptiorem reddat. lutionem aptior redditur. Illud fit menstruum acuendo, vt fortius agat in materiam soluendam, eam nimirum aperiendo atque ita mutando, vt se facilius et melius a menstruo, quod mansit immutatum, solui patiatur. Iam accessorio opus est, si solutio, qua infusum praeparatur, est promouenda §. 478. Ergo id, quod materiam vel soluentem, vel soluendam, ad solutionem aptiorem reddit, accessorii vice fungi potest, quod requiritur, si solutio, qua infusum est praeparandum, est promouenda.

§. 480.

Recensentur accessoria solutionem in infuso promouentia.

Accessoria quae hoc, quem descripsi §. 479, modo agunt, sunt maxime salium varia genera, alcalina, acida, neutra, vt sal tartari, tartarus tartarizatus, cremor, crystalli tartari, nitrum, nitrum antimoniatum, tartarus vitriolatus, etc. quin et, licet rarius, spiritus ardentes, fermentati, simplices, vel vegetantium aromaticorum virtute impraegnati.

§. 481.

Si infusi virtus augenda vel molestia corrigenda,

Si infusione peracta infusi virtus vel augenda, vel eius iniucundae qualitates sunt corrigendae, talia praeter materiam soluentem et soluendam sunt addenda, quae huic interuiunt scopo. Iam illa dicuntur accessoria §. 472. Ergo, si post infusionem infusi vir-

virtus intendenda est, vel qualitates eius molestae corrigendae sunt, accessoria huic scopo inferuentia requiruntur, eaque praeterea ita comparata esse debent, vt in eodem menstruo se solui patiantur, nec soluta praecipitent. Quae eiusmodi accessoriorum vice fungi solent, sunt syrapi, elaeosacchara, mel, confectioes molles, tincturae, essentiae, vinum et id genus alia.

§. 482.

Non sufficit scire, quaenam ex tribus naturae regnis materiam soluendam infuso praebeant, sed nosse etiam expedit et necessarium est, quaenam ex his regnis, et praesertim ex vegetabili, prae ceteris apta sint ad materiam soluendam infuso largiendam. Notandum igitur est, ea imprimis apta esse ad materiam soluendam infuso praebendam, quae vel facilius, et vel tota, vel quoad maximam partem, commodo virtutem suam medicam impertiunt menstruo.

§. 483.

Quae principii mobilibus, volatilibus, non adeo fixis et aliis profunde immergis, praedita sunt, in menstruum virtutem suam facilius dimittunt, hinc prae ceteris apta sunt ad materiam soluendam infuso praebendam. Ea enim commodam infuso materiam soluendam largiuntur, quae menstruo idoneo facilius virtutem suam impertiunt §. 482. Et

S 4

eadem infuso

accessoria huic fini inferuentia requiruntur.

Quae nam prae ceteris apta sint ad materiam soluendam infuso praebendam.

Quae principia volatilia habent, apta sunt prae ceteris ad materiam soluendam infuso

præben- eadem ratione patet, ea, quae vel per se ca-
dam, lore leni, vel cum aqua ebulliente tractata
aquas et olea stillatitia medicata præbent, in-
fuso potissimum conuenire.

§. 484.

Idem de- Succi densi, saponacei, gummosi, resinosi
monstra- et ex his composita, idoneo menstruo tractata,
tur de vel tota, vel quoad maximam saltem partem
succis virtutem medicam ipsi communicant. Iam
densis, ea, quae vel tota, vel maxima ex parte menstruo
saponaceis, commodo virtutem suam medicam imper-
gummo- tiunt, prae ceteris apta sunt ad materiam
sis et re- soluendam infuso largiendam §. 482. Ergo ea,
sinosis, quae iam commemoravi, maxime accommo-
data sunt ad materiam infusi soluendam con-
stituendam.

§. 485.

Menstru- Locutus sum §. 482 et 483. de menstruo
um eli- commodo, et certe nihil magis Medico est
gendum curandum, quam vt, postquam materiam
est mate- infusi soluendam elegerit, eiusmodi eligat
riae sol- menstruum, quod materiae soluendae con-
vendae gruum est et accommodatum. Haec res
accom- maximi est momenti, nec parum interest,
moda- quale materiae soluendae iungatur menstruum.
tum et Ea enim promiscue quibusuis non obtempe-
congru- rat menstruis, sed ab eo tantum se solui pati-
um. tur liquore, qui eius principiis respondet ea-
que aggreditur, et praeterea menstrua particula-
ria pro differenti sua natura et indole non omnia
sed

sed certa tantum corpora solvunt. Sic aqua solvit salia, gummata, saponēs, et mucilagines, mucagines et gelatinas extrahit. Id praestaret eo facilius, quo purior minusue heterogeneis partibus permixta est. E contrario non solvit olea meraca, pingua, balsama, resinas, sulphura, nisi sale alcalino, saccharo, vel accessu spiritus fermentati adiuvetur, neque sola lapides, terras, metalla et semimetalla solvit, nisi sale acido, vel alcalino, vel neutro, pro re nata aptetur. Alcohol vini solvit spiritus rectores aromaticos, olea similia, balsama, resinas, saponēs teneriores, salia alcalina volatilia, fixa siccissima, salia vero reliqua, lapides, terras non solvit, neque et metalla, semimetalla, sulphur et gummi, quamvis, haec ut aggregiatur, alcali fixi additamento obtineri possit.

§. 486.

Multa adhuc, nec inutilia, quae de menstruorum virtute dici possent, supersunt, nisi mihi ad alia properandum esset. Hoc tantum moneo, patere ex dictis §. 485, quid de menstrua spiritus ardentis, cuius generis sunt menstrua §. 474. No. 3. indicata, virtute sit statuendum, utpote qui ex alcohole, aqua, acido varia proportionē pro maiore eorum vel minori puritate constat. Neque mirus exinde intelligitur vis solvens menstruorum vinorum §. 474. No. 2. Principiis enim paulo ante hic commemoratis si addideris oleum subtile, habes et ea, e quibus vina coalescunt.

S 5.

§. 487.

Vis reli-
quorum
menstru-
orum ex
dictis pa-
tet.

§. 487.

Si men-
struum
vnum
non con-
venit,
duo sunt
combi-
nanda, et
si nec
haec con-
veniunt,
accesso-
riis uten-
dum est.

Menstruum materiae per infusionem sol-
vendae congruum atque accommodatum esse
debet §. 487. Quodsi ergo vnum non datur
menstruum hac virtute praeditum, duo huic
scopo inferuentia sunt combinanda, et si nec
his uti licet, vel non apta sunt, accessoria in usum
sunt vocanda, si solutio infusi est promouenda
§. 478. Sed cum, quale adhibeatur accessorium,
non parum intersit, eiusmodi accessorium est
eligendum ad solutionem, qua praeparatur in-
fusum, promovendam, cuius virtus materiae
soluendae et liquori soluenti conuenit. Eius
vero delectus eodem, quo menstrui, modo,
est instituendus, ita ut attendatur ad dicta
§. 479-485.

§. 488.

De quali-
tate et
quantita-
te ingre-
dienti-
um in-
fusi.

In infuso, quantum fieri potest, odore
et sapore iniucundiora sunt vitanda, prae-
sertim si delicatulis, vel pro potu familiari
praescribitur. Ingredientium eius quantitas
in genere determinari nequit, sed pro mate-
riae infundendae, liquoris soluentis, usus ae-
grique conditionibus, admodum variat. In
genere tamen materies infundenda in tanta
est capienda quantitate, in quanta scopo in-
gendo sufficit, neque magis determinatas hac
de re regulas dare licet. Plerumque haec
materies duplo, triplo, quin et quadruplo
maiori quantitate in infuso, quam in substan-
tia

tia exhibetur, prout virtus eius vel tota, vel ex parte menstruo extrahi potest, et vel per maius vel minus volumen est diffusa. Quantitas herbarum, foliorum, comarum, florum, hic ut plurimum manipulis vel pugillis, fructuum numero determinari solet, emeticorum vero, purgantium, aliorumque virtutis efficacioris, pondere est definienda §. 211.

§. 9 489.

Menstrui in infuso quantitas determinatur De men-
 primo per *materiae solvendae quantitatem, eius-* strui
dem, suam ipsius, et infusi qualitatem. Quo quantita-
 enim maior materies est soluenda, eo maior te deter-
 menstrui requiritur quantitas. Quod vero minan-
 eiusdem materiae qualitas determinet quanti- da.
 tatem menstrui, facile apparet, dummodo
 consideretur, quod, prout ea specificè vel
 grauior, vel leuior, solutu vel faciliior, vel dif-
 ficiliior est, et virtus eius principiis aliis for-
 tius vel leuius infixæ haeret, menstrui modo
 maior, modo minor sit capienda quantitas.
 Menstrui qualitas itidem sibi ipsi certos ratio-
 ne quantitatis ponit limites, id quod ex eo
 patet, quoniam pro eiusdem debiliore vel
 fortiori virtute, vel maiori vel minori eiusdem
 quantitate opus est. Quod denique ipsius
 infusi qualitas menstrui quantitatem limitet,
 non difficile exinde est intellectu, cum men-
 strui quantitas vel maior vel minor requira-
 tur,

tur, prout infusum vel maiori, vel minori vi materiae soluendae repletum, desideratur.

§. 490.

Quanam
in quan-
titate
menstru-
um capi
soleat.

Menstrui igitur quantitas ratione materiae infundendae, vti ex dictis §. 489. patet, admodum variat. Saepissime eius sextuplum, octuplum, duodecuplum, interdum tamen quadruplum tantum, aliquando longe maius, vt vigecuplum, trigecuplum, immo centuplum capitur. Infusa, quae pro delicatis vel potu ordinario praeparantur, vel ex materie constant iniucundiore, maiorem quoque menstrui quantitatem exigunt. Sic ad cerevisias medicatas, fermentationis inprimis ope parandas, clareta, musta, menstruum recipitur, quod materie soluenda tricesies, interdum quoque centies maius est.

§. 491.

Quae-
nam de-
termi-
nent ac-
cessorii,
solutio-
nem in-
fusi pro-
mouen-
tis, quan-
titatem.

Accessorii, quod materiae infundendae solutionem promouet, quantitas eodem, quo menstrui quantitas, modo determinatur §. 489. scilicet *primo per materiae soluendae quantitatem*; quo enim haec maior est, eo maior etiam accessorii requiritur quantitas; *deinde per eiusdem qualitatem*; quoniam, prout vel magis vel minus est refractaria, et solutu facilius est vel difficilius, pro eo etiam quantitas accessorii variat; *tum per menstrui qualitatem*; nam, quo hoc vel fortius est vel debilius, vel magis vel minus accommodatum

tum, eo vel maiori vel minori opus est accessorii quantitate, et *denique per suam ipsius qualitatem*. Quo enim accessorium vel potentius est, vel debilius, et hoc vel alio modo comparatum, vel maior vel minor eius requiritur quantitas. Sic interdum accessorium ad drachmam vnam vel duas ad singulas menstrui libras, saepe vero ad longe minorem quantitatem recipitur, spirituosae vero accessoria, quae plerumque materiae infundendae irrotationi inserviunt, saepissime indeterminata quantitate praescribuntur.

§. 492.

Accessoria, quae infusione peracta infuso admiscuntur, ea in quantitate recipiuntur, qua scopo intento sufficiunt. Plerumque ad liquoris partes octo vel nouem assumitur pars vna sacchari et similibus, in claretis ratione menstrui pars dimidia, tertia vel quarta, interdum plus minusue, si Medicus ad aegri voluntatem se conformare debet, recipitur, unde generales hac de re regulas stabiliri non posse satis apparet.

Ex quibus determinatur accessorii post infusionem addendi quantitas.

§. 493.

Postquam ea, quae circa infusum praecipue consideranda occurrunt, pertractaui, pauca de infusi speciebus vt proferam necesse est. Infusum, quod ad dosin vnicam praescribitur, dicitur *haustus*, et *simpliciter infusum* audit, si ad plures doses praescriptum et aqua

De variis infusi speciebus.

aqua loco menstrui est. Si vero vinum, cereuisia, hydromel, lac eiusque serum, menstrua infusi sunt, ab his nomen accipit et dicitur v. g. *infusum vinosum, cereuisia medicata*, et sic porro. Si denique materiam soluendam infuso praebent aromata, menstruum aquae destillatae aromaticae, vinum, spiritus vini, saccharique multum et depuratio limpidissima accedit, *clayeti* vel *nectaris* nomen gerit, et in specie *vinum Hippocraticum* nominatur, si aromatum basin constituit cinnamomum et menstruum est vinum.

§. 494.

De ordine, quo infusi ingredientia scribi solent.

Ordo, quem in ingredientibus infusi chartulae inscribendis sequi medicis placet, hic est, vt primus locus infundendis concedatur et inter haec vegetabilia primo loco, secundo animantia et tertio mineralia ponantur. Ea, quae ex regno vegetabili depromuntur, iterum ita collocantur, vt primo radices, deinde herbae, folia, summitates, flores, semina, baccae, ligna, cortices, aromata, fructus, succi, denique purgantia cum suis corrigentibus, si quae accedunt, secundum eum, quo hic se inuicem sequuntur, ordinem ponantur. Infundenda excipiunt accessoria, quae solutioni promouendae inferuiunt, deinde sequitur menstruum, et vltimum locum occupant accessoria, quae infusione peracta adduntur.

§. 495.

§. 495.

Qui de dosi infusi informari cupit, repe- De dosi
tat dicta in superioribus §. 141. — 157. 177 — infusi
181. 189 — 199. Certae et generales regulae
de eiusdem dosi dari nequeunt, quoniam pro
materiae infusae, menstrui, aegri conditionibus
et medico scopo, aliisque innumeris circum-
stantiis, admodum variat. Infusa aquosa ple-
rumque ab vncia vna ad vncias sex et ultra, vino-
sa ab vncia dimidia vsque ad vncias quatuor,
spirituosa a drachmis duabus vsque ad vncias,
duas, exhiberi solent, saepius tamen eorum dosi-
sis non pondere, sed volumine determinatur,
vt ad vnum vel aliquot vascula, infuso Théé
vel Coffée bibendo destinata, cochlear vnum
vel cohlearia aliquot, cyathum, etc. interdum
vero aegro tantum, quantum ipsi placet, bibere
permittitur. Si denique infusi species aegro
vel adstantibus traduntur, instar infusi herbae
Thée infundendae, eas pro diuersa earum in-
dole et natura ad drachmas duas, tres, vnciam
dimidiam, vel quantum pugillo, manipulo
capi potest, adhiberi iubetur.

§. 496.

De quantitate infusi generali, in casu quo- De quan-
vis singulari, constantes regulae stabiliri neque- titate ge-
unt, sed pro variis iisque innumeris circum- nerali in-
stantiis, in casu singulari obuiis, vario modo de- fusi, de
terminatur. Interdum, si generosiora, vt eme-
tica, purgantia et id genus alia in infuso praescri-
buntur,

Rob 50
illic
buntur, vnicam tantum complectitur dosim,
plures vero, si infusum alterandi vel leniter tan-
tum purgandi sine adhibetur. Ceterum pe-
tantur huc dicta de quantitate generali §. 185.
186. 187. 188.

§. 497.

De sub-
scriptio-
ne for-
mulae
infusi in
genere.

Peruenio nunc ad subscriptionem formu-
lae infusi. Medici de hac adeo multa ea-
que admodum varia, et, quod maximum
est, non satis concinno ordine praecipiant, vt
eorum multitudo, varietas et ordo minus
accuratus, magnam menti, boni ordinis cupidae
et studiosae, creet molestiam; id quod vt euil-
tetur, ad haec duo maxime, quae sequuntur,
vt attendatur, velim. Vel enim phar-
macopoeo specierum infusi et ipsius infusi
praeparatio, siue omne, quicquid huc per-
tinet, committitur, vel materies tantum in-
fundenda ab eo praeparatur, ita, vt aeger
vel adstantes infusionem ipsam curent, et fa-
cile patet, subscriptionem variare, prout
hoc vel illud locum habet.

§. 498.

Subscri-
ptio do-
cere de-
bet ope-
rationes
ad prae-
parationem
specie-
rum
infusi

Si prius, hoc est, si omne, quicquid
circa specierum infusi et ipsius infusi prae-
parationem occurrit, pharmacopoeo commit-
titur, subscriptio in formula absoluta infusi
determinare debet operationes, quae perti-
nent

nent tum ad specierum infusi, tum ad infusi
 ipsius praeparationem §. 499. eiusque
 praeparationem
 spectan-
 tes.

Operationes, quae pertinent ad specie- De ope-
 rum infusi ipsiusque praeparationem, dividi rationi-
 possunt in eas operationes, quae vel ante, vel bus circa
 post, vel in infusione sunt suscipiendae. Illae, infusum
 quae ante infusionem peragendae sunt, respi- earum-
 ciunt materiae ipsius ad infusionem praepara- que diui-
 tionem; ad eas, quae in infusione sunt susci- sione.
 piendae, pertinent infusio ipsa et maceratio;
 et ad illas denique, quae post infusionem sunt
 perficiendae, depuratio et admistio accessorio-
 rum, et infusi ipsius asseruatio, spectant.

§. 500.

Subscriptio in formula absoluta infusi de- Subscri-
 terminat operationes, quae pertinent ad spe- ptio do-
 cierum infusi ipsiusque infusi praeparationem cere de-
 §. 498, si, quicquid circa specierum infusi bet ope-
 huiusque praeparationem occurrit, pharma- rationes
 copoeo committitur, hinc et docere debet dictas
 operationes ante, post, vel in infusione su- §. 499.
 scipiendas, eas nempe, quae respiciunt ma-
 teriae ipsius ad infusionem praeparationem,
 infusionem ipsam et macerationem, et deni-
 que depurationem, admistionem accesso-
 riorum et infusi ipsius asseruationem.

(Pars II. de form. in specie.) T § 501.

§. 501.

Opera-
tiones,
quae re-
spiciunt
materiae
praepa-
rationem
ad infusi-
onem, e-
narrari-
tur.

Operationes, quae materiae praeparatio-
nem ad infusionem respiciunt, variae sunt,
et absoluntur 1) eiusdem comminutione in
crassum puluerem, quae fit scissione et tusio-
ne, et omittitur circa puluerulenta, vt lima-
turam martis, etc. 2) colligatione in nodulo,
petia, vel sacco ex sindone parato, quae
adhibetur, si vel saturatio non requiritur
extractio, vel post infusionem colatione su-
persedere animus est, vel materies adeo gra-
vis est, vt in menstruo suspendi debeat, ne
in fundo se compingens difficiliter solvatur,
vnde etiam pro re nata vel omnia simul in-
gredientia, vel aliqua tantum sic colligantur;
3) irroratione, quae in eo consistit, vt mate-
ries liquido accessorio, solutionem eius pro-
mouente, cuius generis sunt salia et spiritus
§. 480. indicati, humectetur et ad faciliorem
solutionem disponatur. Aqua quoque fer-
uens, si aridiora caloris humidi ope emollien-
da sunt, vt a menstruo frigido se facilius sol-
vi patiantur, accessorii liquidi, solutioni in-
seruiantis, vicem explet. Neque minus vasis
apti, cui materies soluenda et menstruum
immittenda sunt, mentio interdum fit, si
materiae ad infusionem praeparatio prae-
scribitur.

§. 502.

Subscri-
ptio do-
cet mate-

Subscriptio in formula absoluta infusi do-
cet operationes, quae materiae ad infusio-
nem

nem praeparationem respiciunt §. 500. Iam
 eae consistunt in comminutione materiae
 soluendae in crassum puluerem, eiusdem colli-
 gatione in nodulo et irroratione §. 501. Ergo
 subscriptio in formula absoluta infusi deter-
 minare debet materiae soluendae comminu-
 tionem in crassum puluerem, eiusdem colli-
 gationem in nodulo et irrorationem.

§. 503.

Ad infusionem quod attinet, illa perficitur menstruo vel calido, vel frigido. Sic menstrua aquosa sola §. 474. No. I. affunduntur calida, vel feruida, vinosa vero et spirituosa §. cit. No. 2, 3. frigida. Maceratio itidem est vel calida, vel frigida. Haec adhibetur, si vel leuiori tantum opus est extractione, vel materies soluenda se facilius et sine calore soluipatur, vel menstruum satis fortiter materiam soluendam aggreditur et soluit, vt nullo calore opus sit, vel calor incongruam in materia soluenda et menstruo producit mutationem, quae plane non desideratur; illa vero, si conditiones modo dictis contrariae obtinent. Haec maceratio calida vel retinet eundem caloris gradum, quem habuit infusio, siue vt rectius loquar, menstruum affusum calidum; vel ipsi, si menstruum affusum frigidum est, tunc demum calor conciliatur, postquam menstruum frigidum iam fuit affusum, atque hic vel ita dicta insolatione, vel digestionem in loco calido,

T 2

v6

riae sol-
 vendae
 commi-
 nutio-
 nem, e-
 iusdem
 colliga-
 tionem
 in nodu-
 lo et ir-
 roratio-
 nem.

Ad quae
 circa in-
 fusionem
 et mace-
 rationem
 sit respi-
 ciedum.

ut furnulo apto, vel alio instrumento chemico idoneo, excitatur. Varius vero eiusdem gradus requiritur, prout solutio facile vel difficulter succedit, vel minori vel maiori temporis spatio est peragenda, aliaeque circumstantiae vel maiorem, vel minorem caloris gradum requirunt. Expedit interdum infusionem iteratis concutere vicibus, ut extractio eo melius promoueat. Tempus, quod macerationi destinatur, ex variis determinatur conditionibus, et modo maius, modo minus requiritur, prout extractio vel magis, vel minus concentrata exigitur, et vel minus vel magis promte succedit. Sat diu vero durasse macerationem, ex phaenomenis, ut colore et sapore, cognoscitur, utpote quae docent, vim materiae soluendae in debito gradu in menstruum transiisse. Vas denique, in quo peragitur maceratio, si nihil obstat, durante hac operatione claudi iubetur.

§. 504.

De depuratione. Depuratio vel necessaria est, vel non. Si requiritur, illa fieri potest, ut liquidum trahatur per colum, manicam Hippocratis, et filtrum, vel sine colo et filtro, et tunc quiete et mora perficitur, ut liquidum purius, materiae non solutae et in fundo collectae supernatans, defundi, huius vero pars ultima turbida vel relinqui, vel colo filtrouae repurgari queat. Sic depurari solent infusa vinosa, spirituosae,
et

et cerevisiae medicatae. Si infusum per colum vel manicam Hippocratis transcolatur, sub fine materies fortiter exprimitur, si liquor saturior, nec limpidissimus desideratur, atque hic modus repurgandi circa infusa aquosa, vina Hippocratica et clareta adhiberi solet, quamvis posteriorum claritas lactis, feces inuiscentis, additamento augeatur. Depuratio, quae fit ope filtri ex charta bibula confecti, est quidem omnium nitidissima, sed simul tardissima, unde patet, eam esse adhibendam, si summa liquori concilianda est claritas, et exactissime materia non soluta est separanda, ita tamen, ut simul magna eius quantitas in brevi temporis spatio filtranda non requiratur. Notandum interea est de his duobus depurandi modis posterioribus, quod volatilia etiamnum calida sic repurgata, magnam virtutis suae iacturam faciant. Non necessaria est depuratio, quocunque fiat modo, si omnis materia soluenda nodulo inclusa maceratur. Hic nodulus, legitime peracta extractione, retinetur vel in liquore, sub eiusdem etiam usu, vel non, sed exemptus fortiter exprimitur, ut liquor magis saturetur.

§. 505.

Accessoria, ut saccharum et similia, in vinis Hippocraticis et claretis ante depurationem adduntur, ut simul traiecta minus turbent liquidum. De accessoriis et receptaculo.

T 3

tio

tio exacta est iniungenda, si a libero aëris accessu liquoris corruptio, vel volatiliū dissipatio, meruitur.

Subscriptio in formula infusi absolute docere debet dicta §.

503. 504

505.

Quomodo subscriptio habet, si materiae tantum solvendae praeparatio pharmacopoeo committitur.

§. 506.

Subscriptio in formula infusi absolute determinat operationes ad infusionem et macerationem, depurationem et accessoriorum additionem spectantes §. 499. 500. hinc et ea docere debet, quae dicta sunt §. 503. 504. 505.

§. 507.

Si materiae tantum soluendae, non vero ipsius infusi praeparatio, expetitur a pharmacopoeo, in subscriptione formulae absolute infusi omnia de infusione, maceratione, depuratione, accessoriorum additione dicta §. 503. 504. sunt omittenda, et eorum tantum, quae de materiae ad infusionem praeparatione prolata sunt §. 502. mentio est facienda. Sic species consciissae siue, consciissae et contusae, praescribuntur ad chartam, formulae subiiciendo: *Concisa siue consciissa, contusa, mista, D. ad chartam*, et si in nodulum sunt colligandae, adponitur: includantur nodulo, siue sacculo ex sindone. Si vero species non sacculo sunt includendae, scribitur, vel uti antea: *D. ad chartam*, vel ita: F. Collectio. Irroratio modo pharmacopoeo, modo aegro committitur, et si posterius contingit, liquorem huic fini inferuentem, nisi admodum vulgaris sit, ut haberi possit, nec opus sit, ut ex officina depro-

depromatur, vna cum materie infundenda exhibet pharmacopoeus.

§. 508.

Signatura formulae infusi eodem, quo eiusdem subscriptio, modo variat § 497. Conferantur huc dicta §. 120—229. Aestiuo tempore species quidem infusi in sufficiente praescribuntur quantitate, sed, quoniam id tunc facile acefcit, non tota eius portio, sed aliqua tantum illius pars pro vna vice vt infundatur, expedit. Si specierum infusi praeparatio tantum a pharmacopoeo expetitur, eaeque sindone inclusae exhibendae sunt, signatur ita: Species zum Kräutersäckgen; vel, si species laxae, non sacculo inclusae, exhibendae sunt, in signatura virtute simul nomini, si opus est, addita, ita scribitur: Species zum Kräuterthee, zum laxirenden Kräutermwein, et tum reliqua, quae ad vltiorem infusi praeparationem pertinent, aegro vel adstantibus praecipuntur. Dein adscribi solet, quo menstruo sit vtendum, quo modo infusio depuranda et asseruanda, quo tempore et modo infusum adhibendum, sed notandum est, hic non vtendum esse terminis technicis, sed iis, qui ab aegro vel adstantibus intelligi possunt. Reliqua huc pertinentia facile sunt intelligenda ex dictis §. 503. 504. 505. Monendum praeterea est, tempore praesertim aestiuo et quantitate generali maiori infusum in loco frigido;

gido, vt in cella, esse adseruandum, ne fermentatio, situs, acor noceant,

§. 509.

De usu
infuso-
rum.

Infusa admodum frequenter vsurpantur et multis morbis conueniunt, atque insignem in iis exserunt efficaciam, si prudente ratione et selectu sunt parata. In morbis praesertim chronicis vsus eorum est familiarissimus et maxime salutaris. Destinantur praeterea praeservationi a morbis imminetibus, vnde praecipue expetuntur ad curationes sic dictas vernales. Infusa huic fini inseruiencia dicuntur in quibusdam Germaniae regionibus die May-trânse, et ita plerumque concinnari solent, vt non simpliciter tantum per catharsin operentur, sed resoluendo etiam et corrigendo agant, vnde et a schola medica infusa per epicrasin laxantia appellantur. Eidem scopo adhibentur infusa vinosa laxantia. Infantibus quidem haec medicamenti species aliquando molesta est, praesertim si paulo eminentius sapor et odor molestus praedominatur, sed alias, si haec, quantum fieri potest, corriguntur, iis non aduersatur, cum se sub potus familiaris specie insinuet.

§. 510.

Ad quae
in infu-
sorum
praepara-
tione sit
respici-
endam.

Infusa cum fero lactis aut syrupis, succis, pomis Borsdorffianis, ad longum tempus conseruanda, parare minus conuenit, quoniam facile acescunt vel corumpuntur. Laudatur in

iis

iis maxime saporis, odoris et coloris iucunditas, hinc ei, quantum fieri potest, studendum, sed simul cauendum est, ne, dum hanc iniucunditatem corrigere intendimus, aliam novam producamus aequae iniucundam, vel plane noxiam.

§. ^{ii.}

Speciminis loco sunt

I. Infusa purgantia et laxantia.

I.

R_x. rhabarb. elect. ℥j.

fol. senn. f. stip. ℥iij.

crem. Fri ℥j.

conciſa et contuſa infunde

▽ font. bullient. ℥iij—iv.

conferuentur per noctem in calore fere feruido, ita tamen, ut non bulliant, colentur deinde, et colaturae addatur

mann. elect. ℥j.

ol. de cedro gutt. V.

D. pro doſi.

Addi, ad maiorem his gratiam conciliandam, poteſt ſyrupi roſarum ſolutivi ℥j. et ſpiritus vitrioli guttae V.

T s

2. R_x.

2.

℞. mann. elect. ℥ij.

crem. tart. ℥j.

infunde in

▽ fontan. feruent. ℥iv, et digere

donec soluatur,

colaturae adde

ol. de cedro gutt. IV.

D. pro dosi.

Potest quoque commode hoc infusum
parari ex mannae electae et salis Sedlicensis,
siue Ebsoniensis aa ℥j.

3.

℞. fol. senn. s. stip. ℥iij.

cremoris tart. ℥j.

conf. sem. coriandr.

passul. min. aa ℥ij.

incis. infunde

▽ font. bullient. ℥vj.

stent in digestionem per noctem lo-
co calido, absque ebullitione ta-
men, dein fiat colatura, in qua solue
mann. elect. ℥iij.

D.

4. ℞.

4.

R. pulpae tamarind $\mathfrak{z}\text{ij}$.
 concisae infundantur
 ferilactis feruentis $\mathfrak{z}\text{v}$.
 stent per noctem in loco calido, ita
 tamen vt non bulliant. Colaturae
 adde mann. elect. vel
 syrup. violar. $\mathfrak{z}\text{j}$ — $\mathfrak{z}\text{ij}$.

5.

R. pulpae tamarind. $\mathfrak{z}\text{ij}$.
 concisae iniiciantur
 lactis bullientis $\mathfrak{H}\text{ij}$.
 stent spatio horae in loco calido,
 sed absque ebullitione, dein fiat
 colatura.

6.

R. herb. acetosell. miss.
 nasturt.
 cochlear. aa $\text{m}\mathfrak{ss}$.
 tamarindor. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$.
 concisa infunde cum
 feri lactis aestiv. $\mathfrak{H}\text{ij}$. stent
 spatio horae, in calore fere feruido,
 absque ebullitione tamen, dein per
 lintheum expressis admisce
 syrup. e succo citri
 rubi idaei
 violar. aa $\mathfrak{z}\text{j}$.

S. serum

S. serum lactis antiscorbuticum, cuius vncia vna semel omni semihorio interdiu est bibenda.

^{7.}
R. rhabarb. elect.

agaric. trochisc. aa ʒij.

rad. pimpin. alb.

ari

zedoar. aa ʒiſſ.

herb. epithym.

summit. centaur. min. aa p. IV.

fol. fenn. s. stip. ʒß.

cardamom. min. ʒß.

crem. tartari siue

⊖ tartari ʒij.

Concisa, contula, mista D. ad chartam.
S. Species infusi vinosi laxantis. Infusae cum dimidia mensura aquae, asseruentur vase clauso per duodecim horas in calore fere fervido, ita tamen, vt non ebulliant, postea liquor transcoletur, et affundatur denuo his speciebus relictis vini Rhenani siue Mosellani frigidi mensura dimidia, digerantur itidem vase clauso per duodecim horas leni calore, deinde vinum traiciatur per colum et priori liquori misceatur. De hoc bibantur omni mane, vel, si fortior effectus desideratur, ter vel quater de die, vacuo stomacho, tres vnciae.

Huic

Huic infuso vinoso commode nec sine fructu adduntur cortices pomorum aurantiorum recentium, passulae minores et limatura martis, imprimis, si id postulat indicatio. Egregium exserit effectum laxantem, resoluentem et purificantem, vnde in cachexia, chlorosi, leucophlegmatia, scabie, fluore albo, obstructionibus et morbis exinde orientibus, summo cum fructu adhibetur, et eisdem scopis obtinendis commendatur a celeberrimo b. m. HOFFMANNO.

8.

R. rad. pimp. alb.

enulae

cichor. aa ʒi.

rhabarb. elect. ʒss.

herb. fumar. mj.

fol. senn. f. stip.

fibr. helleb. nigr. aa ʒvj.

summit. cent. min. p. III.

flor. acac. p. IV.

cort. citri rec.

Orant. rec. aa ʒij.

passular. min. ʒiij.

ʒri tartari s. ʒij.

Conscissa, contusa, mista D. ad chartam. S.
Species cum duabus vini Rhenani vel Mosellani
men-

mensuris leni calore per duodecim horas dige-
rendae et frigesactae transcolandae. Pro do-
si adhiberi potest pars tertia vel quarta men-
surae.

9.

R^x. rad. armorac.

enul.

vincetox.

rhabarb. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.

herb. trifol. fibr.

cochlear aa $\mathfrak{m}\mathfrak{j}$.

summit. pini vel

abietis

cort. $\odot$ rant. rec. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$.semin. sinapi $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.passul. min. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$. $\mathfrak{F}$ ri tartarif. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$.

Concisa contusa f. Species, cum duabus vini
generosi mensuris eodem, quo antea descri-
ptum fuit, modo infundendae. Prodest hoc
infusum maxime in scorbuto.

10.

R^x. rad. bryon.

irid. nostr.

gent. rubr.

vincetox.

leuistici

rhabarb.

rhabarb. elect.

fibr. elleb. nigr.

cort. $\odot$ rant. rec.med. sambuc. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$.

summit. cent. min. p. IV.

caryophyll. arom. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.tart. tartarif. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}$.

Concisa, contusa f. Species, cum duabus
vini frigidi mensuris infundendae, loco cali-
do digerendae, postea transcolandae, et ad
sextam partem pro dosi his in septimana bi-
bendae. Conducit hoc infusum in curatio-
ne hydropis.

II.

Rx. rad. 5. aper. mai.

ononid. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.

summit. card. ben.

cent. min. aa $\mathfrak{m}\mathfrak{ss}$.fol. senn. sine stip. $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{ss}$.

fibr. elleb. nigr.

rhabarb. elect aa $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.cort. $\odot$ rant. rec.tamarisc. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{i}\mathfrak{i}\mathfrak{j}$.salis tartari $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$.

Concisa, contusa, mista f. Species, adfun-
de his aquae feruentis $\mathfrak{ss}$, asserra eas sic per
duo-

duodecim horas in calore fere feruido, postea transcolat, et relictis speciebus denuo adde vini Rhenani ℥iv, collocentur in eodem loco calido per duodecim horas, transcola deinde liquorem et liquori iam repurgato misce. Conducit hoc infusum itidem in hydropo.

12.

Infusum vinosum in hydropo.

℞. rad. ireos Flor. ℥j.

asari

mechoacann. alb.

ononid aa ℥℥.

calam. arom.

galang. min. aa ℥ij.

herb. fumar.

agrimon.

gratiol. aa p. I.

fol. fenn. sine stip. ℥ij.

summit. card. ben.

absinth. aa m℥.

fem. anisi

foenic. aa ℥j.

Concisa, contusa f. Species, quibus quatuor vini albi mensurae infundendae et quae eodem, quo iam descriptum fuit, modo sunt tractandae.

13. In.

Infusum vinosum laxans in ictero.

℞. rad. curcumae

rubiae tinct.

rhabarb. aa ℥vj.

cichor.

foenic.

gramin. aa ℥ss.

herb. capill. ven.

absinth.

marrub. alb. aa mss.

fol. fenn. f. stip. ℥ij

sem. foenic.

carui aa ℥ij.

Fri solubil. ℥ss.

Conscissa, contusa, mista f. Species, quibus
 aquae feruentis libra vna affundenda, et, quan-
 do refixit, addendae vini Rhenani librae qua-
 tuor. In calore fere feruido per duodecim
 horas vase clauso digerantur et liquor frige-
 factus transcoletur et ad vsum asseruetur.

(Part. II. de form. in specie.) V II. In-

II. Infusum vinosum emmenagogum.

R. rad. aristol. rot.

rhabarb. aa ʒʒ.

bryon. ʒiij.

herb. meliss.

artemis.

matricar.

pulegii

summit. millef. aa mʒ.

fol. fenn. f. stip. ʒʒ.

flor. cheiri

centaur. min. aa p. l.

croci ʒʒ.

bacc. iunip. ʒij.

borac. Vener. ʒiij.

Concisa, contusa, mista fiant Species,
quibus mensura vini albi et aquae infundenda.

III. Infusum vinosum stomachicum.

R. rad. gent. rubr. ʒiij.

ari ʒiʒ.

zedoar. ʒʒ.

summit. cent. min.

cort. citr. rec.

○rant.

chin.

cascar. aa ʒij.

macis

macis

nuc. moschat. aa ʒss.

concisis, contusis, mistis adfunde

vini boni albi ℥iij.

spiritus vini ʒiv.

afferuentur in calore fere feruido per duos dies, colatura seruetur ad vsum. Si volumus effectum simul laxantem, addi possunt folia sennae, rhabarbarum.

IV. Infusum emeticum.

Rx. pulv. rad. ipecacuanh. ʒi.

vini Gallici ʒi.

sacchari ʒij.

infusa totam noctem, depurata exhibe mane.

V. Infusum aquosum diaphoreticum.

Rx. rad. vincetox.

pimp alb. aa ʒss.

herb. scord.

flor. sambuc. aa mss.

Concisa, contusa, mista fiant Species, S. Species infundendae in aquae seruent. q. s. et leniter ebulliendae.

VI. Infusa aquosa neruina, tonica, roborantia.

1.

R^x. rad. cichor.

caryophyll.

glycyrrh. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$.

herb. meliss.

salv.

beton.

summit millefol.

flor. lil. conuall. aa $\mathfrak{m}\mathfrak{ss}$.cort. citr. rec. $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$.cinnamom. $\mathfrak{z}\mathfrak{iij}$.Concisa, contusa, mista D. S. Species
zum Kräuterthee.

2.

R^x. herb. meliss. Turc.

basilic.

flor. saluiae

anthos aa $\mathfrak{m}\mathfrak{j}$.

cinnamomi

cardam. min. aa $\mathfrak{z}\mathfrak{iij}$.Concisa, contusa, mista f. Species zum
Kräuterthee.Conducunt haec infusa classis VI No. 1. 2.
in debilitate generis neruosi et morbis, qui
exinde oriuntur.

VII. In-

VII. Infusum aquosum adstringens.

℞. rad. bistort.
 glycyrrh.
 caryophyll. aa ʒij.
 herb. vincae peruvine.
 verben.
 fanicul.
 virgae $\odot$ reae aa mj.
 summit. millefol.
 hyper. aa mʒ.
 cort. balauft. ʒiij.

Concisa, contusa, mista f. Species.

VIII. Infusa aquosa vulneraria.

℞. herb. agrimon.
 hed. ∇ estr.
 polygon.
 meliss.
 equiset.
 summit. millefol.
 hyper. aa mj.

Concisa, mista f. Species.

V 3

2. ℞.

^{2.}
 R_x. herb. fanic.
 pyrol.
 plantag.
 conf. Sarac.
 summit. millefol.
 hyper. aa mj.
 Concisa, mista D. ad chartam.
 S. vt antea.

Haec infusa optime conueniunt in haemorrhagiis nimis, et pro re nata vnum vel alterum adiici vel tolli potest.

IX. Infusa aquosa pectoralia.

I.

R_x. rad. glycyrrh. $\frac{3}{4}$ ss.
 herb. veron. mij.
 marrub. alb.
 hyssop. aa mj.
 flor. pap. rhoead.
 sambuc. aa p. II.
 anis. stellat. $\frac{3}{4}$ ss.

Concisa, contusa, mista f. Species.

2. R_x:

2.

R. rad. glycyrrh. ʒʒ.

herb. veron. mij.

chaerefol.

cap. vener.

hed. Vestr. aa mʒ.

flor. bellid. min.

scabios.

pap. rhoead. aa p. II.

enulae p. I.

siccum No. V.

Concisa, contusa, mista f. Species.

3.

R. rad. glycyrrh. ʒvj.

herb. veron. mij.

flor. malv.

tussilag. aa p. III.

anis. stellat.

fem. foenic. aa ʒij.

Concisa, contusa, mista f. Species.

V 4

4. R.

4.

R̄. rad. ireos Flor.

tussilag.

liquirit. aa $\overline{\text{Zij}}$.

herb. veron.

hyssop.

scabios. aa $\overline{\text{mj}}$.

flor. violar. $\overline{\text{mss}}$.

anis. stellat. $\overline{\text{Zijj}}$.

Concisa et contusa grosso modo f.
Species.

5.

R̄. rad. pimp. alb.

cichor. aa $\overline{\text{Zij}}$.

herb. hyssop.

chaeref.

flor. scabios.

bellid. aa $\overline{\text{p. II}}$.

arnic. $\overline{\text{mj}}$.

Concisa, contusa grosso modo f. Species.

X. Infusum resoluens et euacuans.

R̄. flor. arnicae p. I — II

Concisi S. infundendi in aqua vel cere-
visia.

Hoc

Hoc infusum egregiam exserit virtutem in sanguine stagnante et extrauasato resoluen- do, et in obstructionibus, infarctibus tum viscerum, tum aliarum partium tollendis, unde facile apparet, quam late pateat eius virtus. Qui plura desiderat, conferat dissertationem *illustris Domini BÜCHNERI, de genuinis principiis et effectibus arnicae.*

XI. Infusa antispasmodica.

1.

Rx. summit. millefol. mij.

Conc. f. Species

addi possunt, si desiderat indicatio,
sem. foenic. ʒij.

2.

Rx. herb. millefol. mj.

summit. millefol. mij.

Conc. f. Speceis.

3.

Rx. herb. millef.

summit. millefol. aa mj.

flor. cham. vulg.

tiliae

sambuc. aa mj.

nucl. ceras. nigr. ʒʒ.

sem. pap. alb. ʒij.

Conc. f. Species.

V 5

Pot.

Potest eiusmodi infusum ex solis floribus
chamomillae praeparari.

XII. Infusum in dysuria a calculo.

R̄. rad. glycyrrh.

altheae aa ʒʒ.

flor. malv.

cham. vulg. aa mj.

sem. saxifrag.

violar.

foenic. aa ʒij.

Concisa, contusa, mista f. Species, vt
antea descriptum fuit.

XIII. Infusum antifebrile.

R̄. cort. chin. chin. ʒj.

salis card. bened. ʒʒ.

infundantur in vini Rhenani mensura
vna, et reponantur loco calido
ad digerendum.

XIV. Infusum aquosum ad mensium et lo-
chiorum fluxum promouendum.

R̄. herb. meliss. Turc.

pulegii

artemiss. aa mj.

flor. cheiri p. IV.

croc. ʒʒ.

Conc. f. Species.

2. R̄.

R^x. herb. meliss.
 artemis.
 matricar. aa mj.
 puleg. mss.
 flor. rorismar.
 cheiri aa p. III.
 fem. foenic. ʒiij.
 bacc. iunip. ʒij.
 cort. lign. sassafr. ʒiij.

Concisa et contusa grosso modo infundantur in vini generosi mensura vna.

XV. Claretum purgans et roborans.

R^x. rad. calam. aromat. ʒv.
 cort. Magellan.
 rhabarb. opt.
 fol. fen. f. stip. aa ʒʒ.
 agar. trochisc. ʒiij.
 cinnam. acut. ʒij.
 cubebar. ʒj.

Concisa infunde in vini Rhenani optimi
 ℥iv. per triduum vase clauso, loco tepido,
 subinde concute, tum adde sacchari albi ℥ss,
 traice aliquoties per manicam Hippocratis.
 D. vsui,

XVI. Ce-

XVI. Cereuisia antiscorbutica.

℞. rad. raphan. rustic. $\bar{z}$ v.

herb. rec. cochlear.

nasturt. aquat.

beccabung.

trifol. aquat aa $\bar{m}$ j.flor. centaur. min. $\bar{z}$ j.

sem. rec. contus. nasturt. hort.

raphan. hort. aa $\bar{z}$ ij.

Concissa reconde in cereuisiae recentis
et feruescentis dolio dimidio.

SECTION XL

DE

FORMVLA DECOCTI
INTERNI.

§. 512.

Deco-
ctum
praepa-
ratur per
solutionem at-
que ad id
requiri-
tur ma-
teria sol-
uens et
soluen-
da.

Cum decoctum sit medicamentum fluidum ex menstruo liquore cum materia soluen- da ad ignem ebulliente paratum §. 292. pater, decoctum praeparari per solutionem, atque ad id requiri materiam soluentem, seu men- struum, et materiam soluendam. Illud, quod praeter haec duo accedit, dicitur accessorium, eodemque certis id exigentibus conditioni- bus opus est.

§. 513.